360 ob

Niwinski + **Obligatio**

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. ptr comparens Nobilis Joannes olim Bartholomei Niwinski de Niwino Lesne haeres sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia Nobili Mathiae olim Mathiae Niwinski et eius successoribus bonorum suorum haereditariorum immobilium in haered. Niwino Lesne sextorum agri cuneum in manso Kapturowska a via strata pulkowska ad semitam cuneos dividentem inter mettas ut infra item alterum cuneum in manso mistalewska incipien. et protenten. ut supra inter mettas ex una Nobilis Mathiae Krzynski et altera Nobili Simonis Theophili Krzynski iacentes Cum omnibus eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus attinen. et pertinen. nullis exceptis in summa sex floren. polon. hinc usque ad exemptionem obligavit et inscripsit Cui eam eiusque intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per ministerialem et alios quem et quos sibi conducere poterit officii acceptatio dat et admittit submittitque se ac de bonis omnibus cum successoribus suis inscribit memoratum tenutarium suum et eius successores toto tempore tenutae eius tueri defendere evincere eliberare intercedere pacificare solus per se et per submissas personas non inviciare sub vadio simili Et coram officio Castren. Branscen. peremptoria responsione omnibus controversiis exceptionibus allegationibus dilationibus causis infirmitatibus se et suos successores uti abscribendo et ab renunciando.

Kuleka **Quietatio**

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. ptr comparens Nobilis Hilarius Stanislaus Krzonowski Vicenotarius Castren. Branscen. sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia Nobilem Michaelem olim Adami Kulesza de solutione summae undecem sexagenarum grossorum polon. modo debiti Coram actis hisce inscripti ante tempus praefixum persolvit ideo ipsum ob praedictam sibi sufficientem satisfactionem quietat emittit et inscriptionem cassat perpetuis temporibus

Niwinski **Quietatio**

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. ptr comparens Nobilis Stanislaus olim Pauli Niwinski sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia Nobilem Martinum olim Alberti Niwinski de inscriptione obligatoria Coram actis hisce Castren. in summa octodecem sexagenarum polon. super certas sortes eidem recognoscenti per eundem Martinum Niwinski facta accepta summa quietat eliberum facit et inscriptionem obligatoriam cassat perpetuis ac de bonis eiusdem descendit

Niwino **Doplaty** **Reformatio**

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. ptr comparens Nobilis Stanislaus olim Pauli Niwinski sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia Nobili ... filiae olim Alberti Niwinski consorti suae legitimae Ratione verae dotis post eam acceptae

et in